



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Hierakosophion**

**Demetrius <Pepagomenus>**

**Lvtetiae, 1612**

xv. Ad spongiam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12846**

æquali pondere mista & trita ex cibo, aut cum lacte, aut cum oleo Hispanico mista dabis. Vel nasturtium mistum cum melte & vino & carne suilla accipitri dabis comedenda.

*Ad spongiam.*

**S**i accipiter spongiam habeat, ita cognoscet. cum videbis præter cōsuetudinem illum bibere, & crebra febre affligi, multum sessitare, nō discedere ex manu, neque ex pertica, ita ipsum ad sanitatē perduces. Ferri ramentum, quantum gladij cuspis capit, tantum in offam conijcies, deinde setas suillas quinq. digitis concisas defiges in carnem, subiges cum ramento ferri, & ita septem offas dabis ex carne qualibet, idque facies per triduum. Cum videbis accipitris sterlus croceo colore, scito spongiam eius scissam esse, quam ita curabis. Dabis ipsi ricini puluerem, tum ossa palmarum combures, in puluerem rediges, mel quantū satī sit: hæc omnia miscebis, & dabis accipitri ex carne pulli columbini aut gallinacei quotidie offas quinque, in quarum singulas prædictum puluerem immiscebis, quantum tui gladij capit cuspis. id facies per quinque dies, & sanabitur.